

CENSURA.

EX Commissione Reverendissimi Archi-Episcopalis Officij, revidi librum idiomate Germanico scriptum, cui Titulus: *Geschichte derer Selden von Sternen*: in quo nihil reperi, quod vel sanctæ Fidei, vel bonis moribus adversaretur. Proinde eum typis mandari posse censeo. Pragæ 9. Martij 1732.

MAXIMILIANUS WIETROWSKI S. J.
Reverendissimi Archi-Episcopalis Con-
sistorij Assessor.

Conformiter huic Censuræ Conceditur facultas imprimendi:

DANIEL JOSEPHUS DE MAYERN,
Episcopus, Vicarius Generalis & Officialis
Capitularis mpp.

PROTESTATIO AUTHORIS.

In hærendo Decreto SS. D. N. URBANI VIII. Annô 1631. die 5. Julij emanato, protestor, me cuncta, & singula, quæ in decursu Operis hujus Historici, *ILLUSTRISSIMÆ STIRPIS STERNBERGICÆ* gesta referentis, dicta aut scripta inveniuntur, sive ut miracula, sive ex revelationibus SS. ea non nisi fide merè humana & historica; nec aliter, nisi juxta sanum & verum Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ sensum credi, ac accipi velle. Cujus proinde Authoritati & Judicio præsens Opus lubens submitto.